ARQUIVO DA UNIVERSIDADE

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS
E
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

1569

Que o Reitor distribua em obras pias os sobejos da capela da Vera Cruz, da Sé de Évora.

Gav. 6 - Maço 2 - N.º 31

1589.

PIVS PP. V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

Exigit incumbentis nobis apostolicæ seruitutis officium, ut ea, quæ per Venerabiles fratres Ecclesiarum Præsules, et præsertim sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales prouide facta fuisse dicuntur: ne de eorum ualiditate ullo unquam tempore hæsitari contingat, apostolica auctoritate confirmemus. Exponi siquidem nobis nuper curauit dilectus filius noster Henricus tit. sanctorum quatuor Coronatorum presbyter Cardinalis Infans Portugalliæ, quòd alias postquam ipse unum collegium, seu Vniuersitatem studij generalis in Ciuitate Elboren' ad grammaticam, cæterasq; artes liberales, ac ius canonicum, et theologiam quibuslibet presbyteris, et alijs studere uolentibus legendum, et interpretandum suis propijs impensis erexerat, et instituerat, illiusq; curam, regimen, et administrationem dilectis filijs Rectori, scholaribus, et presbyteris societatis Jesu, ob uberes fructus, quos in Ecclesia Dei ubiq; producebant, concesserat, et assignauerat, seu concedi, et assignari apostolica auctoritate procurauerat. Ac in capella sub inuocatione sanctæ Crucis in Ecclesia Elboren' iam tunc erecta, et instituta certas capellanias pro certo capellanorum numero, qui certo tempore, biennij uidelicet, in dicta Vniuersitate literis operam dare possent, et deberent; ut exinde doctiores effecti, ad curam animarum in Ciuitate, et diocesi Elboren' exercendam eligi, et assumi ualerent, similiter fundauerat, et instituerat, et pro eorundem capellanorum subuentione, tres ex quatuor partibus fructuum, reddituum, et prouentuum, ac etiam distributionum unius præbendæ dictæ Ecclesiæ Elboren' de illius Capituli consensu applicauerat, et assignauerat, ac singulis capellanorum eorundem uiginti quinque ducat. annuatim dari debere, necnon si quid dictis uigintiquinq; ducatis solutis, et alijs oneribus tunc expressis supportatis, ex eisdem fructibus, redditibus, et prouentibus, alijsq; præmissis superesset, id inter eosdem capellanos diuidi, et distribui deberet, uel si Dei seruitio magis iudicaret expedire, ex residuo huiusmodi numerum capellanorum augeri posse, aliaq; nonnulla statuta, et ordinationes pro felici regimine, gubernio, et administratione rerum, bonorum, et capellanorum prædictorum statuerat, et ordinauerat, eaq; omnia apostolica auctoritate approbari, et confirmari obtinuerat, et deinde tempore procedente, considerans quod solutis dictis uigintiquinque ducatis, ex fructibus, et alijs prædictis bona pars supererat, numerum capellanorum, qui uigintiquatuor eatenus existebant, ad uigintiocto auxerat, cumq; postmodum fructus, redditus, et prouentus prædicti adeo benedicente Dno, creuissent, quod soluta portione capellanis præfatis, ut præfert assignata, adhuc aliqua pars superesset, nec sibi uideretur expedire numerum dictorum capellanorum magis augeri, aut maiorem portionem illis assignari, sed maius Dei obsequium fore si residuum hmõi in alios pauperes, qui ad dictam Vniuersitatem studendi causa quotidie ueniunt, et ubi morantur, aut alia pietatis opera, quæ in utilitatem, et incrementum ipsius Vniuersitatis cederent, arbitrio Rectoris eiusdem Vniuersitatis distribueretur, et exponeretur, credens id sibi ex apostolica concessione licere, residuum huiusmodi, quod tunc supererat, et in futurum soluta portione dictorum uiginti octo capellanor superesset, in usus, et eleemosynas pauperum dictæ Vniuersitatis, aut alia pietatis opera, quæ in utilitatem, et incrementum illius cederent, arbitrio Rectoris eiusdem Vniuersitatis distribui, et exponi debere statuit, ordinauit, atq; mandauit. et sicut eadem subiungebat expositio, quia tam ipse Henricus Cardinalis, quàm nonnulli alij de ualiditate ultimo dicti statuti dubitant, et an illud sibi facere, seu concedere liceret, hæsitant, ad tollenda dubia, et hæsitationem huiusmodi, nobis humiliter supplicari fecit, quatenus statuto, et ordinationi dictis robur apostolicæ confirmationis adijcere, aliasq; in præmissis prouidere de benignitate ap.ca dignaremur. Nos igitur, qui iustis, et honestis petentium maxime Venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium precibus grato concurrere solemus assensu, tam collegij, seu Vniuersitatis, quàm capellaniæ, et capellanorum prædictorum, fundationum, erectionum, institutionum, singulorumq; statutorum præmissorum, et literarum aplicarum desuper, in, et circa præmissa quomodolibet emanatarum tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, statutum, et ordinationem circa residui hmõi distributionem, et expositionem per dictum Henricum Cardinalem ultimo factum, et prout illud concernunt, omnia, et singula in eo contenta, illiusq; uigore hactenus gesta, et inde secuta quæcunq; licita, et honesta, aplica auctoritate tenore præsentium confirmamus, et approbamus, omnesq; et singulos iuris, et facti defectus, si qui forsan in illius confectione, editione, uel obseruantia intercesserunt, supplemus, illudq; ab omnibus, quos id quomodolibet concernet, perpetuo inuiolabiliter obseruari mandamus, et quatenus opus sit, et statutum prædictum hactenus factum, editum, seu ad obseruantiam redactum non fuerit, eidem Henrico Cardinali illud modo, et forma præmissis de nouo faciendi, edendi, et ad obseruantiam deducendi, pœnas quoq; sibi benecisas in ipsius Statuti, et ordinationis transgressores suo arbitrio imponendi, liberam tenore præsentium concedimus facultatem, et auctoritatem. Non obstantibus præmissis, et lris ap.cis necnon in Prouincialibus, et Synodalibus Conciliis editis gnalibus, uel specialibus constitutionibus, et ordinationibus aplicis, priuilegijs quoq; indultis, et lris ap.cis Capellanis præd.tis et quibuscunq; alijs quomodolibet concessis, confirmatis, et innouatis, quibus oibus illorum tenores præsentibus pro expressis habetes, illis alias in suo robore permansuris hac uice dutaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die iij Septembris M. D. LXXVIIIJ. Pont. Nostri Anno quarto.

C. Glorierius.

Collegio, e Univ.e da Comp.a do Espirito S.to de Evora.
p.a seu Reitor destribuir em obras pias o superabun-
dante dos redditos dos Capellaens da Capella de S.ta Cruz
na Sé de Evora de duzidos das tres partes de huma Prebenda.

Breve do Papa Pio 5.o dado em Roma a 3. de Setembro do anno de 1569.
no 4.o anno do seu Pontificado, pelo qual permitio, á instancia do Snr
Cardeal Infante D. Henrique fundador do Collegio, e Universidade do
Espirito Santo de Evora, e tinha cometido seu governo, e administração aos
Padres da Companhia de JESUS, que a o seu Reitor ficasse pertencendo, a seu arbitrio, a destribuição, em obras pias, ou por Estudantes,
que viessem á mesma Universidade, do accrescimo das rendas, que
se tinhão aumentado consideravelmente, das tres partes dos redditos
de huma Prebenda da Sé de Evora aplicados p.a sustentação de vinte
quatro Capellaens da Capella de S.ta Cruz na dita Sé, que o mesmo
Snr Cardeal tinha fundado, e depois aumentou o numero dos Ca-
pellaens até vinte oito com obrigação de seguirem por certos annos
os Estudos na mesma Universidade em beneficio da Diocese de E-
vora, e como, não obstante o aumento dos ditos Capellaens, e estar-lhe
assignada a soma de vinte e cinco cruzados a cada hum p.a sua sus-
tentação em cada hum anno, as ditas rendas rendas augmentavão,
e superabundavão, por isso do excesso se cometeo a destribuição ao
dito Reitor por este Breve.

Sobre a capella de S.ta